FRANCKESCHE STIFTUNGEN

Franckesche Stiftungen zu Halle

Prorector Academiae Fridericianae Fridericvs Hoffmannvs Consiliarivs Et Archiater Regivs, Medicinae Et Phil. Nat. P.P.O. Vna Cvm Reliqvis ...

Hoffmann, Friedrich

[Halle], [1707?]

VD18 13259202

Abschnitt

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-198703

Visual Library

✻ ✻ ✻

Benedictus Deus & Pater D. N. I. C. *qui secundum multam suam* MISERICORDIAM *regenerauit nos in spem viuam per* RESVRRECTIONEM I. C. *ex* MORTVIS, *in hereditatem incorruptibilem & incontaminatam & immarcescibilem.* Ita hodie, ita iugiter ac quotidie fidelium corda & ora Deo suo canunt, præeunte Petro, prioris epistolæ primo capite ab initio. Sub ipsa enim gratia recordantur *miseriæ* humani generis, & necessitatis, quæ nisi tanta fuisset in oculis Dei, non sane ad *mortem* vsque Filii & resuscitationem ex *mortuis* processisset diuina prouidentia ac dispositio. *Deus autem, qui diues est in* MISERICORDIA, *propter nimiam caritatem suam, qua dilexit nos, & cum essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos in Christo, cuius gratia estis saluati, & conresuscitauit, & consedere fecit in cælestibus*, in C. I. Eph. II, 4. 5. 6. *Gratias* ergo solenniter agamus *Deo Patri, qui idoneos nos reddidit ad partem cleri sanctorum in lumine; qui eripuit nos e* POTESTATE TENEBRARVM, & TRANSTVLIT *in regnum Filii dilectionis suæ; in quo habemus redemtionem per sanguinem crucis eius;* qui iam est *primogenitus ex* MORTVIS. Col. I, 12–18. *Caput corporis ecclesiæ.* Sunt proinde duo hæc deuotionis Christianæ summa capita, mors Saluatoris & eiusdem secuta die tertio resurrectio, stupenda propinquitate se respicientia, mutuoque se illustrantia; id quod annis præterlapsis ex abundantia sacrarum litterarum nos proposuisse meminimus. Iam sequentes ipsa catechismi nostri, minoris & maioris, vestigia, de vtroque illo diuinæ misericordiæ promptuario nos admoneamus inuicem. Ibi enim & in articulo secundo symboli Apostolici, & in vltima quæstione de sacramento baptismi, thesaurus *mortis & resurrectionis* Christi breuiter quidem comprehensus habetur, sed neruose & succi tam pleno modo, vt Spiritus viuæ *gratiarum actionis*, Spiritus genuinus *confessionis* ecclesiasticæ (Ebr. III, 1. Rom. X, 6-10.) recens adhuc sit & fragrantissimus. Nescias, an magis ibi sit in explicatione applicatio, quam in applicatione

ex-

explicatio. Tam stricte * vnum est in altero, ad illa vsque verba: *vt ego essem totus ipsius, & in regno eius sub ipso viuerem in perpetua iustitia, innocentia, & beatitudine*, PERINDE ac IPSE *a* MORTE *surrexit, viuit & regnat in æternum. Hoc certissime verum est.* Maneamus maxime in secundo hoc articulo, & expendamus primum, quam humilem gratamque *agnitionem* declaret vnusquisque, qui vere *credit*, quod I.C. verus Deus a Patre ante secula genitus, idemque verus Homo, natus ex Maria Virgine, sit *suus Dominus.* Nempe ita sentit, & ad se respiciens, ante omnia sic profitetur: ME PERDITVM ET DAMNATVM *hominem redemit. Ante enim neque Regem habebam neque Dominum, sed sub Diaboli potestate atque imperio* CAPTIVVS *tenebar, ad mortem condemnatus, inque peccatis ac* CAECITATE (Act. XXVI, 18. 23.) IRRETITVS. Vlterior interpres sui ipse Lutherus est in explicatione huius articuli, seu celebri illa concione Torgæ habita A. M. D. XXXIII. Wo ich das sol glauben / so muß ich flugs auch bekennen / daß mit mir und allem / was ich vermag / verlohren ist. Da stösset sich nu / und gehet der Zanck und alle Ketzerey an. Denn das kan die Welt nicht leiden / daß man sol sagen und gläuben / daß alle ihr Ding nichts und verlohren sey. = = es bleibt immer im Hertzen / daß wir nicht wollen gar nichts seyn. T. 6. Ien. G. f. 64. a. 68. a. b. 52. b. 201. a. In Summa, Menschliche Vernunft ist also gesinnet / daß sie unserm HErrn GOtt gern einen solchen Sünder fürstellen wolte / der mit dem Munde wol spreche: ich bin ein Sünder / und es doch im Hertzen dieweil dafür hielte / er wäre dennoch kein Sünder / dafür sich GOttes Sohn hätte selber geben müssen / und sich nicht also im rechten Ernst / sondern allein als aus einer Demuth mit solchen Worten für Sünder erkennen. Cogitemus contra, quo tandem pudore Thomas misericordiam implorauerit *Domini*, cum se omnino viuum ipsi sisteret, porrigens manus suas, & aperiens latus suum. *Respondit Thomas, & dixit ei:* DOMINVS *meus, & Deus meus.* Ioh. XX, 28. Act. II, 36. 37. Hos. III, 5. VI, 1. 2. II, 20. 23.

Ionæ

* *Videatur post multos alios B. Seckendorf, illustris olim Academiæ nostræ Cancellarius L. de statu Christianismi, in additionibus p. 285. sq.*

Ionæ c. II. toto, collato Matth. XII, 39. 40. 41. & Zach. XIII, 9. *Hoc ſcilicet exemplum Thomæ, & allata loca paſchalia docent, quo affectu peccatores de ſtatu ſuo dolentes Saluatorem vocent *Dominum*, & quidem *Dominum ſuum*.

Vti vero eiusmodi reſpectus gratiæ μετανοητικὸς non fit ſine radiis fidei: ita certe vi reſurrectionis Chriſti fides & *fiducialis applicatio*, eaque ſana & ſalua, emergere incipit; fouenda ſemper & nutrienda ſedulo vſu Euangelii. Gal. II, 19. 20. 21. Philipp. III, 8. 9. 10. ſq. 2. Tim. I, 10. 12. Vnicum fundamentum ὑποστατικὸν eſt totum Chriſti Filii Dei *meritum*, *victoria & efficacia*. Sic enim habet catechiſmus maior in margine ad *ſummam huius articuli*; vbi reliqua, quæ ſequuntur, redemptionem per Chriſtum nobis *partam* declarare ac exprimere dicuntur, QVOMODO & per quem confecta ſit, hoc eſt, *quanti Chriſtum conſtiterit, & quid pro ea impetranda inſumſerit, vt nos lucrifaceret*, SVAEQVE DITIONI *ſubiiceret. Hic nullum conſilium aut auxilium, donec* ipſe Filius Dei *calamitoſam miſeriam & exilium noſtrum* (Eph. IV, 18. 9. II, 5. 6. 13. 1. Petr. II, 25.) ſua *profundiſſima bonitate miſeratus, de cælo nobis opem laturus deſcendit*, nosque *ab omni &* PECCATI & MORTIS *ac* DIABOLI *captiuitate in libertatem adoptionis ſuæ aſſeruit.* ITA *quidem omnium illorum tyrannorum atque exactorum poteſtas profligata & oppreſſa eſt: quorum in* LOCVM SVCCESSIT ** *Ieſus Chriſtus, vitæ, iuſtitiæ, ſalutis, iuſtificationis, ac* OMNIVM *bonorum auctor &* DOMINVS: *qui nos miſeros ærumnoſos peccatores ex* INFERORVM *faucibus eripuit, aſſeruit, inque libertatem vindicauit, irati Patris fauorem & gra-*

)(3 *tiam*

* *Conferri præterea poſſunt loca Zach. XII*, 10. 5. *Ier. XXXI*, 6. 9. 18. *ſq.* 26. *ſq. Rom. X*, 6. 7. 8. 20. 21. *Luc. V*, 8. 9. 35. *Mich. VII*, 18. 7-9. 10. *Ezech. XVI*, 62. *item Macar. homil. XL. §.* 8. *homil. XI. §.* 11. 14. 15. 4 *& Apologia A. C. p.* 168. *ſqq.* 108. *ſq.*

** *Ebr. II*, 14. *Macar. hom. VI. §.* 5. 7. *hom. XI. §.* 4-6. 9. 10. *ſq. Qui* pro nobis *mortem ſemel vicit, ſemper vincit* in nobis. *Cyprian. epiſt. X. Quid vero h. l.* meritum & efficacia *ſignificet, reperias poſt F. C. p.* 776. *in Chemnitii L. de duabus in Chriſto naturis c.* 17. 23. 26. *in Arndtii Chriſtianiſmo Latine reddito L.* 1. *c.* 3. §. 10. 11. *Gerh. comm. in* 1. *Petr. I*, 3. 21. *III*, 21. *in V. Schmucci hiſtoria Adæ p.* 284. *ſq. &c.*

tiam placata indignatione conciliauit, & tanquam possessionem SVAM, *in tutelam* SVAM *nos suscepit, vt per suam iustitiam, sapientiam, potestatem* (Ioh. X, 18. 29. 30. 1. Cor. I, 30.) *vitam & beatitatem regat & gubernet.* En κατήχησιν prægnantissimam!

Sed audiamus insuper *de causa finali historiæ, & applicatione ad nos;* vt ibidem legitur in margine ad textum catecheticum, qui paulo post sequitur. *Et hæc omnia (vt pro me satisfaceret* &c.) NON OB ALIAM REM VLLAM, *quam vt meus fieret Dominus*, iure acquisitionis plenissimo, ad applicanda mihi omnia beneficia, illuminationis, iustificationis & sanctificationis, & virium perseuerandi. (T. 1. Ien. G. f. 470. a. b. 1. Cor. I, 30. 31. 2. Cor. VI, 16. 18.) & *ego* (reciproce) *essem totus ipsius, & in regno eius sub ipso viuerem, ac ei* (cum sancto gaudio promptoq; spiritu) *seruirem in perpetua* (Luc. I, 74.) *iustitia, innocentia, & beatitudine*, (illa ex Christi *vita* scilicet & *beatitate* in me deriuata) vt & ipsi vincant in Victore, PERINDE *ac* IPSE *a* MORTE SVRREXIT, *viuit & regnat in æternum. hoc certissime verum est.* 1. Cor. XV, 1. 2. 2. Cor. I, 9. 10. 19. Ebr. XIII, 20. Atque inde certi sunt fideles ex Christi victoria de sua victoria, nec valeat hostis nobis nocere, vel in peccata nos vi per carnem pertrahere amplius pro arbitrio, quia genuino Domino sumus redditi; *donec nos in die nouissimo prorsus ab hoc prauo seculo* (Gal. I, 2. 4.) *Diabolo, morte,* PECCATIS *liberatos* Dominus ille noster primitiuus *separet ac segreget.* Ita fert sibique plane respondet ordo ipse euangelii, ordo militaris fidei, ordo reuelandæ gloriæ nostri Principis, Ducis, ac Domini. 1. Cor. XV, 1-3-19-23-31-54. sq. Ioh. XI, 23-27. Es. XXV, 8. 9. Apoc. XI, 7-10. 11. XII, 10. 11. 17. XXI, 3-6. Gal. VI, 14. 17. Luc. XXII, 53. 69. 1. Petr. I, 4. 5-9-11.

Liber scribendus potius foret, quam programma, si vel leui penicillo describere velimus potiora loca reliqua, quæ habentur in confessionibus publicis maiorum nostrorum, quæque probant, quam libenter & studiose hi retulerint omnia ad APPLICATIONEM *meriti, victoriæ & efficaciæ* Christi Redemptoris in hoc ipso negotio. Operæ sane esset pretium, ex vltima illa quæstione catechetica de sacramento baptismi,

ptismi, quam supra laudauimus, certissimam *mortis & resurrectionis* communionem prædicare quam vberrime, quo scilicet pacto *sepulti sumus vna cum Christo per baptismum in mortem, vt quemadmodum excitatus est Christus ex mortuis per gloriam Patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus.* Verum enim vero, vt fateamur, quod res est, breuitatis constricti lege malumus oraculum tantum ad aliam V. D. reseruare occasionem, qnam iusto breuius id proponere. Commendamus interea auream B. Lutheri explicationem epistolæ dominica sexta post Festum Trinitatis: hæc satis superque satiabit mundissimo pane, & azymis quasi, esurientes veritatem animas: ibi manducandum proponitur *euangelium*, quod Apostolus *suum*, appellat amoris affectu & appropriatione dulcissima. 2. Tim. II, 8. 9. 11. I, 10. Hoc gustu imbutus Lutherus Doctor se profitebatur perpetuum Catechismi discipulum, sæpe quasi ad verbum recitantem secum partem aliquam catechismi. Attamen doluit etiam in superius allata concione Torgensi, daß es ieder man im Maul habe / unter dem Papst so wol als unter uns / aber von wenigen recht gegläubt / und gar trefflich verachtet werde / als was gemeines / das mit des menschen Odem aufhöret. T. 6. Ien. G. f. 64. a. 68. a. b. 201. a. Et ibidem paulo ante: da ist niemand so Evangelisch / als sie / haben nicht mehr davon bracht / denn daß sie gehöret haben / daß man allein durch den Glauben Vergebung der Sünden kriege / und selig werde / und mit Wercken nicht solches erlangen könne. f. 52. b. Quo enim pretiosius est *euangelium*, eo magis portæ inferorum dant operam, vt euangelio modis omnibus inuratur macula, intra & extra nos. *Venit Diabolus, nostræ felicitati* INVIDENS, *cum* CREATI *a Deo, omnis generis inæstimabilia bona a Patre accepissemus: & nos suis technis in apertam Dei rebellemque inobedientiam, mortem & omnia pericula pertractos iniecit.* Ita catechismus noster de *inuidia* diaboli aduersus *creationem* hominis ad imaginem Dei: hæc ibi affertur caussa προκαταρκτικὴ consilii *redemptionis.* Quid vero hostis parta iam redemtione per mortem Filii Dei, inque lucem protracta per resurrectionem ex mortuis? Num cessasse putemus liuoris infernalis tetricitatem? Alia omnia experiuntur

in

in hac vita ii, qui vere fideles ſunt euangelio. Sentiunt hi ipſi, quid ſint tela nequiſſimi ignea, vibrata grandinis inſtar aduerſus, Chriſti veſtigia omnia atque ſingula. Vult Cacodæmon Chriſtum mortuum in ſepulcro detinere iam in membris ſuis nec lucem vllam paſchalem admittere, quantum in ipſo eſt. *Nemo facile credit* (ibidem p. 519.) *quam diabolus omnibus repugnet viribus, vt qui ferre non poteſt quenquam recte docere, aut ſincere credere: neque illi quicquam poteſt accidere ægrius atque dolentius, quam quod videt nugaces & abominabiles doctrinas ſuas, ſub ſpecioſiſſimo DEI nomine adoratas, iam exorta luce euangelii*, DETEGI. *Præcipue in his perturbandis occupatus eſt, quæ ad conſcientiam & ſpiritualia negotia pertinent, nimirum vt ex æquo* ET VERBVM ET OPERA DEI *ventis & auræ, quod dicitur, committamus & contemnamus, vt a* FIDE ET CARITATE *nos auellat.* (p. 530.) Ac proinde *Euangelium*, & I. C. DOMINO SVO *fidere*, magna res eſt & ardua, non ludicra; nec vllus *poteſt dicere*, DOMINVS *Ieſus, niſi in Spiritu S.* 1.Cor. XII, 3. X, 22. Pſ. XLV, 11.12. Ipſa tamen *inuidia* Satanæ arguit magnitudinem bonorum Chriſtianiſmi, ſemperque firmum manet ac inuiolabile, quod Chriſtus eſt factus *Dominus meus* ſanguine ſuo, de cuius iam viuentis & ad dextram Dei ſedentis manu nemo me credentem rapiet. Ioh. X, 18. 28. 29. 30. Rom. VIII, 31-34-39. Inſiſtamus ſtrenue redemptioni iam partæ, huiusque expectemus reuelationem glorioſam vigili & attento corde. Nemo clypeum crucis Chriſti ſpernat vel abhorreat, nec a ſcopo diuelli ſe patiatur vllis ſcandalis, ſed attendat indeſinenter ad Verbum Propheticum & Apoſtolicum ibidemque ad CHRISTVM IPSVM, qui mortuus eſt & reſurrexit pro nobis. In Chriſti etiam viſceribus nos totos dedamus proximo noſtro, ad exemplum & vitam Chriſti. Rom. XIV, 7-9-15. ſq. XV, 2.3. Marc. XI, 22-25. 2. Cor. V, 11-15. 1. Petr. I, 21. 22. II, 1. 2. 3. P.P. in Academia Fridericiana

M. DCC. VII. F. Paſch.

Litteris CHRISTIANI HENCKELII, Acad. Typ.

Franckesche Stiftungen zu Halle